

Constitutiones, & Decreta Pontificia id ipsum expresse statuunt: inter quas constitutiones etiam est celebris illa Clementis VIII. Constitutio pro Reformatione Regularium edita, quae incipit *Nullum omnino*, estque *ita in Bullario Cherub.* inter Constitutiones dicti Pontificis, ubi §. 7. ita statuit: *In unogue Conventu Fratrum is tantum deinceps constituitur, & impogierum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus, consuetis, vel etiam singulorum elemofynis, aliisque quibuscumque obventionibus, in commune, ut praesertur, conferendis, commodè possit sustentari.*

167 Ex his itaque Juribus, ita argumentari quis possit: vel monasterium est opulentum, aut saltem ita constitutum, ut vel ex propriis redditibus, vel consuetis elemofynis possit Candidatum sufficienter alere, vel non est ita constitutum? *Si primum*, palam & quasi ab omnibus concessum est, quod sub pretextu insufficientiae, vel pro sustentatione supplicantis nil exigere valeat, juxta dicenda infra n. 169. *Si secundum*; jam hoc ipso non potest & supplicanti recipere ad Religionem ob *Jura n. praec.* allegata; consequenter etiam inops Monasterium ab ingrediente pro sustentatione illius exigere aliquid non potest, quin labem *Simoniae Juris* saltem Ecclesiastici contrahat.

168 Verum ad allegata, & argumentum inde factum, Resp. His efficaciter nil probari contra Conclusionem: Tum quia dotes, & alia bona temporalia, quae sine mulieres, sive viri pro honesta sustentatione inopi Monasterio tribuunt, bene possunt venire vel nomine consuetarum elemofynarum (nam consuetum est, ut tribuantur (vel saltem nomine aliarum obventionum, consequenter, cum Bulla Clementis VIII. ad mentem Concilii Tridentini dicat, posse constitui & conservari in quoquo Conventu talem numerum Fratrum &c. *Qui de consuetis, sive communibus, sive singulorum elemofynis, aliisque quibuscumque obventionibus commodè sustentari possit*, minimè agit contra allegata Jura, si inops Monasterium Supplicantiem suscipit, qui bona temporalia seu sanctas obventiones Monasterio offert, ex quibus ipse commodè sustentari valet. Tum etiam, quia etsi dato, non concessio Concilium & Bulla in sensu Adversariorum loquerentur, tamen Conclusioni non obesset, et quod in hoc sensu vel non esset recepta, vel certe consuetudine legitime praescripta iterum abrogata; cum plurimis annis passim videamus, Candidatos cum conditione vel pacto certa tribuendi Monasterio inopi bona temporalia (utique pro honesta sua sustentatione) suscipiantur, quae consuetudo utpote soli Legi humanae contraria, valida & licita est, *arg. c. fin. de consuetud.*

169 Resp. III. Si Monasterium est opulentum, aut saltem ita fundatum, taleque habens redditus, ex quibus eos, quos suscipit, sufficienter ex eo commodè sustentare valeat, *Simonia* committitur etiam, si sub titulo seu pretextu sustentationis, ab ingrediente temporale exigatur, vel si cum eis sit pactum, aut conventio de dando temporali pretextu sustentationis. *Marchant. Tom. 3. tr. 10. tit. 6. g. 10. concl. 4. D. Thomas 2. 2. g. 100. art. 3. ad 4. tum. cum communissima aliorum, per jura n. 162. allegata. Ratio est; quia si Monasterium est opulentum, vel tot habeat redditus, ut susceptos commodè sustentare valeat, sub titulo seu pretextu sustentationis aliquid exigere non potest, et quod juxta communem omnium, redditus Monasterii sint redditus Ecclesiae ad sustentationem Memborum illius seu Religiosorum gratis faciendam ordinati, ita ut hoc ipso, quod quis ad Religionem suscipiatur, habeat jus ad sustentationem ex red-*

ditibus Monasterii capiendam; ergo sub titulo sustentationis, temporale ab ingrediente exigere non potest; consequenter si sub hoc titulo aliquid exigatur, sub falso pretextu, revera autem pro ipso ingressu, sicque *Simoniae* exigatur; cum alius titulus allegari non possit.

Et quidem ex hac eadem ratione aperte colligitur, hanc *Simoniam* non tantum esse Juris Ecclesiastici, prout nonnulli volunt, uti *Palao de Simonia, p. 11. num. 3.* sed etiam Divini; cum enim juxta unanimum sit *Simonia Juris Divini*, si pro ipso ingressu Religionis exigatur temporale per dicta supra n. 162. In casu autem Conclusionis temporale revera exigatur pro ipso ingressu. (Titulo sustentationis false allegato) evidens videtur, *Simoniam* hanc esse Juris Divini, prout expressè etiam fatetur *Marchant. loc. cit.* & fateri quoque debent ceteri Doctores, hoc ipso, quod ex allegata n. praeced. ratione Conclusionis probent, *Simoniam* committi, si Monasterium sufficientes habens redditus, exigit temporalia ab ingredientibus etiam sub pretextu sustentationis.

Porro hanc *Simoniam* esse Juris Divini, probatur 174 insuper ex Jure *c. Quoniam 40. h. t.* quod fuit in Concilio Generali eodum, ubi antequam ad Constitutiones & poenas Ecclesiasticas deveniret, praesupponitur, esse *Simoniam* utique Juris Divini, quando etiam Moniales temporale quid exigunt à Sufcipiendis sub pretextu paupertatis; id est, quasi indigerent pro honesta sustentatione, cum tamen sufficientia jam habeant. Pariter tanquam *Simonia*, cum Jure Divino id supponit, & dein primum novae poenas Ecclesiasticas superimponit *Extravag. Sanct. h. t.* ubi etiam consuetudo contraria, *Corruptela* esse declaratur, imò jam pridem à SS. Canonibus reprobata abusive dicitur.

171 Resp. IV. Non tantum in Virorum, sed etiam Monialium Monasteriis opulentis, vel saltem sufficientes redditus pro honesta sustentatione habentibus committitur *Simonia Juris Divini*, si aliquid temporale ab ingredientibus exigatur, etiam sub titulo, seu pretextu honestae sustentationis. Ita expressè *Marchant. cit. Tom. 3. tr. 10. Tit. 6. g. 10. concl. 5. Roderiq. Tom. 2. g. 49. art. 2.* dicens, ita sentire ferè omnes DD. Juris Canonici. Patèretque clarè ex Jure *cit. c. Quoniam 40. h. t.* ubi in specie de Monialibus sic dicitur: *Quoniam Simoniaca labes addè plerisque Monialibus inficit, ut vix aliquas sine pretio recipiant in sorore; paupertatis praecepto volentes hoc vitium palliare &c.* *ac Extravag. Sanct. h. t.* ubi da Viris Religiosis, & Monialibus ad propositum ita loquitur Pontifex: *Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, & aliis locis Religiosis tam Virorum, quam mulierum, Ordinum, Religionum, & partium diversarum detestabilis, & à Canonibus reprobata servatur abusus, quòd, cum persona aliqua recipitur ab eis observantiam Regularem, ipsa tamen temeritate praesumptuosa passus, seu prandii Capitalis, & Conventibus ipsarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratarum, & locorum, aut pecunias, aut alia, seu res alias ipsi Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, & locis, seu Praesidentibus eis esse factis, seu consuetudine, quae corruptela est potius dicenda, tribuere compelluntur. Et in istra postquam dama hujus vitii allegavit: Omnibus Regularibus Viris & Mulieribus, ne tam à Maribus, quam à Mulieribus volentibus ingredi Religionem &c. ante vel post, quocumque passus, prandii, seu casus, pecunias, jocalia, vel alias res etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis alium usum deputata, vel deputanda, directè vel indirectè petere, vel exigere quocumque modo praesumant &c. Illa duntaxat, quae persona ipsa ingredientiem purè*

*purè & sponte, & plena libertate, & omni quaestione cessante dare vel offerre Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, & locis hujusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi.*

Ratio Conclusionis est eadem, quae ad probandam Conclusionem n. 169. allegavimus; cum redditus Monasterii Monialium require, ac virorum sint Ecclesiae, & deputati ad sustentationem Memborum gratis faciendam, prout *cit. n. diximus*, ut proin etiam Monialium Monasteria opulenta non possint sub titulo honestae sustentationis exigere quod temporale; consequenter si nihilominus exigant, revera pro receptione exigunt (cum alius titulus non superfit) ita autem exigere est certa *Simonia Juris Divini* per dicta superius; ergo.

173 Nec dicas, Moniales saltem titulo consuetudinis id posse. Nam contra est: Tum quod consuetudo contra Jus Divinum nec valida, nec licita sit, *arg. c. fin. de Consuetud.* & amplius diximus *Lib. I. Tit. IV. de Consuetud.* à num. 24. atqui *Simonia*, quae Moniales in Monasterio opulento, vel habente sufficientes ad sustentandam ingredientem redditus, est contra Jus Divinum juxta dicta *num. praeced.* Tum quia etsi dato non concessio *Simonia* non esset contra Jus Divinum, sed humanum duntaxat; tamen contra eam consuetudo illicita & invalida foret, et quòd ipsi eidem resistat, ab eoque sit reprobata, & tanquam detestabilis abusus, & ut *corruptela* damnata, *Extravag. Sanct. h. t. c. Veniens. 19. h. t.* & ibi Glossa *ij. Consuetudine.* Consuetudo siquidem talis semper illicita ac invalida est, prout amplius diximus *Lib. I. Tit. IV. de Consuetud.* §. 2. Hinc caute legenda, & minimè practicanda est doctrina nonnullorum sine solido fundamento dicentium, damnari non posse consuetudinem Monialium etiam in opulento Monasterio, si ab ingredientibus temporalia exigunt.

174 Objicies cum Pellizzario *tr. 10. cap. 2. n. 40.* & aliis Conclusionis Adversariis. In Religione potest considerari ipse status Religionis, & onus alendi susceptum; ergo licet non possit exigi quid temporale pro primo, tamen id fieri poterit pro secundo. Resp. *Negando consequentiam;* quia hoc argumentum univium, consequenter nil probat; probaret enim, etiam Viros in Monasteriis quibuscumque etsi opulentissimis posse exigere aliquid temporale; hoc autem est contra ipsos Adversarios; ergo. Accedit, quòd hac ratione facillimè eludi posset *Simonia*, quae in ingressu Religionis juxta plures, eosque clarissimos Canones committitur; dummodò nempe Monasteriorum etiam opulentissimorum Praepositi dicerent, prout quisvis facile dicere posset, se temporale non exigere pro ingressu, seu statu Religioso, sed pro onere sustentandi Susceptum, seu pro honesta sustentatione illius; sicque frustra Membranam occuparent omnes Canones contra *Simoniam* in ingressu in Religionem committi solitam, conditi.

175 Infatis; saltem Moniales etiam in Monasteriis opulentis immunes erant à *Simonia*, si ab ingrediente exigunt temporalia; quia id habent ex privilegio & concessione Clementis VII. ac etiam ex Declaratione Innocentii VIII. qui ad tollendos Monialium scrupulos dicitur declarasse, quòd Moniales in Receptione ingredientium nunquam committant *Simoniam*, nisi pacifendo, vel exigendo aliquid temporale pro ingressu, vel recipiendo inhabitantem, sive habentem temporalia; ergo. Ante Responsum nota, ex allegatis Pontificum Concessionibus, & Declaratione non paucos Doctores aliquatè fuisse confosos, ita, ut in illarum nonnulli docere non dubitaverint, Moniales etiam in Monasteriis opulentis sub titulo honestae sustentationis in-

redientium posse pacisci, & exigere aliquid ab ingredientibus, sed revera immerito, uti statim patebit ex response.

Nam responderetur, ex allegatis Pontificum concessione, & declaratione profusè nil probari contra Conclusionem: Tum quia nullius efficacie sunt: Tum quia, si quid valerent, in alio sensu conclusioni minimè contrario intelligendae forent. Pro cuius Responsionis intelligentia sciendam, quòd memoratas Concessionem, & Declarationem Authores potissimum allegent ex Compendio Privilegiorum factò à nostro P. Alphonso Castarubias, & auctas Annotationibus ab Hieronymo Sorbo. Fatetur autem citatus Castarubias in supra dicto Compendio Privilegiorum §. *Moniales. §. 16. & §. 31.* eas esse tantum vivæ vocis oraculo concessas, & nec ut tales esse authenticas, seu non constare auctoritate, eas etiam solo vivæ vocis oraculo esse concessas; nam apponit illis literam parvi O, quae litera in Compendio semper denotat vivæ vocis oraculum non authenticum; prout ipsum in Praefatione ad Lectorem statim ab initio notari monet. Hoc supposito palam est privilegium allegatum de facto nullius esse efficacie, et quòd omnia vivæ vocis oraculo Regularibus concessa (praesertim ea, de quibus auctoritate non constat) sint revocata; prout magis dicitur infra *Tit. XXXIII. de Privilegiis &c.*

Quòd si quis contendat, vivæ vocis oracula etiamnum valere, Resp. ulterius, praefatorum Pontificum oracula, sicut & aliorum Pontificum, uti Urbani V. & Gregorii IX. Concessionibus, & Declarationibus loqui de Monialibus non divitiis, sed indigentibus, & sufficientes redditus pro honesta sustentatione ingredientium non habentibus, vel si, & quando loquuntur etiam de divitiis velle duntaxat concedere, & declarare quòd Moniales non incurrant Excommunicationem, & alias Juris poenas, si ab ingredientibus temporalia exigant; minimè autem velle concedere, aut declarare, quòd non committant peccatum *Simoniae*, & alia annexa, avaritiae scilicet, & scandalii peccata; ut bene docet, & in docendo concordat Doctores, salvataque Pontificum Concessionibus, & Declarationibus *Marchantius Tom. 3. tr. 10. Tit. 6. g. 10. Concl. 5.* quòd alii quoque Doctores à potiori advertunt, qui non dicunt, quòd Moniales divites exigendo temporalia ab ingredientibus non committant *Simoniam*, sed quòd non incurrant Juris poenas: Et merito, cum enim Moniales in Monasterio opulento, vel sufficientes redditus ad sustentandam ingredientem habente committant *Simoniam Juris Divini*, si etiam sub pretextu honestae sustentationis quid temporale exigunt ab ingredientibus juxta dicta *num. 272:* Papa, sicut non potest, ita consensus non est, aliquà concessione, privilegio, aut Declaratione facere, quòd id attentantes Moniales non committant *Simoniam*, quae vis Juris Divini committitur, sed quòd non incurrant Juris poenas, utpote impositas à sola lege Ecclesiastica, in qua, non item in Divina dispensare potest per amplius dicta *Lib. I. Tit. II. §. XVIII. à num. 45.* Prout etiam contra legem Ecclesiasticam, non item Divinam valet consuetudo, *c. fin. de consuetud.* vi cuius proin licet Moniales divites quoque sint etiam immunes à poenis per legem Ecclesiasticam in *Simoniae* recipientes constitutis, non tamen sunt immunes à peccato & culpa *Simoniae* poenis Divinis etiam aeternis subiectae.

Urgebis; dicere, & docere, quòd Moniales etiam divites nec vi consuetudinis, nec vigore concessio-

si temporalia sub titulo honeste sustentationis exi-  
gunt, est dicere, fore omnia Monasteria Monia-  
lium esse plena peccatis *Simoniae*, ipsasque Moniales  
in periculissimo existerent statu; cum videamus  
ferre in cunctis Monasteriis, à quovis ingrediente  
exigi temporalia; atqui hoc non videtur dicendum;  
ergo, Resp. *Negandum Suppofitum*: Tum quia dan-  
tur plurima Monasteria Monasteria verè indigen-  
tia, & ad sustentandam ingredientem sufficientes  
redditus non habentia, quibus proin licitum est,  
exigere temporalia ab ingredientibus juxta dicta  
num. 163. Tum etiam, quia in opulentis Monaste-  
riis Moniales excusare potest, & plerisque excusari  
ignorantia invincibilis, & bona fides. Ceterum gra-  
tis concedimus, illas Moniales, quae vel à Superi-  
oribus, vel à doctis confessariis fuerunt in hoc  
puncto sufficienter instructae, revera committere  
*Simoniam*, five dein paucæ sint, five multæ;  
quia peccantium multitudo, multitudinisque pec-  
cantis longa, & universalis consuetudo non excusat  
à peccato, quando contra legem Divinam delin-  
quitur, *arg. c. Cum in Ecclesia. g. & c. Dilectus. 30. h. t. ubi & multitudo, & universalis consuetudo*  
ad excusandum à peccato *Simoniae* rejicitur, addi-  
tā illa ratione, quod tanto gravior sint peccata, quo  
diutius infelicem animam tenuerint alligatam: etiam  
contra malas consuetudines allegatur *c. fin. de Con-*  
*suetud.*

179 Dices, valde durum esset Monialibus, nil ab  
ingredientibus exigere, sed omnes gratis suscipe-  
re; cum experientia teste, per dotes & bona in-  
redientium, suas acquirunt, augeant, & conser-  
vent divitias, & censibus ingredientium do-  
tibus, brevi iterum ad paupertatem essent redigen-  
dæ; ergo, Resp. Monialibus in Monasteriis diviti-  
bus, aut saltem talibus, quæ sufficientes redditus  
pro sustentatione honeste ingredientium revera ha-  
bent, durum est, loquendo rationabiliter, pruden-  
ter, ac Christianè negari. *Ant.* Loquendo secun-  
dam inordinatas rerum temporalium curam & sol-  
licitudinem, & ut seculi voluptates, aut vanitates,  
conceditur. *Ant.* Enim verò homines Christiani  
praesertim Religiosi rationabiliter dicere non pos-  
sunt, durum sibi esse, vel durum esse jugum e-  
arum Legum, quæ sanctè prohibent, ut sufficien-  
tia pro se, & suis jam habentes, plura adhuc su-  
perflua modo legi Divinae ad verò illicitè non qua-  
rant, vel exigant. Nec timendum, quòd obser-  
vando legem Divinam, ea, quæ nunc ad suffi-  
cientiam habent, sint perdituræ, & propterea ad  
paupertatem devenituræ; cum contrarium potius  
securè sperari possit ob multiplicem sacræ Scrip-  
turæ assecurationem, quæ justis & timencibus Deum,  
Deique mandata servantibus copiosa in cunctis  
etiam temporalibus promittitur *Benedictio* usque  
ad abundantiam.

180 Urgebis adhuc; si Religiosi sive Viri, sive Mo-  
niales in Monasteriis opulenti exiguè dotes, vel  
alia bona temporalia, possunt augere suos redditus,  
& inde etiam numerum Religiosorum, consequen-  
ter augere cultum Divinum in suo Monasterio,  
quod fieri non potest, si temporalia ab ingredien-  
tibus exigere nequeunt: ergo, Resp. Non esse facien-  
da mala (cujusmodi est sub falso prætectu honeste  
sustentationis exigere temporalia ab ingredientibus)  
ut eventiant bona, *arg. c. Ex tuarum. 2. de Sor-*  
*tibus, & c. super eo. 3. de Usuris.* Accedit, quòd  
augmentum reddituum, & ex hoc augmentum Re-  
ligiosorum, ac cultus Divini nihilominus, & qui-  
dem licito modo fieri possunt, dum videlicet Deus  
juxta infallibile suum promissum Divinum reddi-  
tus praesentes observantium legem Divinam specia-  
liter benedicit, suaque providentiâ facit, ut variis

aliis, iisque licitis viis, v. g. Legato, heredita-  
tibus, & Testamentis vel ab intestato, donationi-  
bus, vel liberis & gratuitis ingredientium largitio-  
nibus (quæ omnino fieri possunt juxta statim di-  
cenda n. seq.) media & redditus magis, quam  
illicito modo sunt augendi, ex quibus dein, si ve-  
liat, numerum Religiosorum, & cultum Divinum  
sanctissime augere possunt.

Scimus quidem, aliquos pro defendenda Monia-  
lium quarundam corruptela adducere *Fagnanum in*  
*c. Non amplius de Institutione n. 24. & Declaratio-*  
*nem Cardinalium ab eodem ibidem allegatam.* Ver-  
um si bene perpendatur, nec ille, nec ista videntur  
Conclusioni nostræ adversari; sed tantum defendere,  
quòd Moniales etiam redditibus satis provi-  
sæ possint acceptare dotem gratis oblatam, vel  
pacificè de illa danda, casu, quo Monialium reddi-  
tus pro nova, & quasi supernumeraria sustentanda  
non suffi erent, uti patet ex solutione objectionis  
ibidem n. 25. positæ. Quapropter à Conclusionem  
nostra Juribus tam claris etiam in natura fundatis  
non recedimus; Judicio tamen Ecclesie, si quòd  
aliud esset, vel in futurum foret, plenissima nostri  
abnegatione humillimè nos subijcimus.

Et ex hoc etiam patet, quòd Regulares sive vi-  
ri, sive Moniales sibi etiam temporaliter magis no-  
ceant, quam proficiunt, si Monasterio sufficientes  
redditus pro sustentatione ingredientium jam ha-  
bente, sub falso prætectu honeste sustentationis,  
consequenter *Simoniae*, & contra legem Divinam  
temporalia exigunt, Deo illicitis conatibus, & tem-  
poralibus curis advesante, & e contra sanctam  
confidentiam, observantium Dei mandata specia-  
liter benedicente, & secundante.

Resp. V. Possunt quaerere Monasteria etiam opu-  
lentissima, licite, & absque ulla *Simoniae* labe ac-  
cipere ea, quæ ingredientibus sine pacto aliquo, vel  
exactione gratis ac liberè dant, vel offerunt. Una-  
nimis & certa claris Juribus. *c. Dilectus 30. h. t.*  
*ibi: Illud tamen grate recipi poterit, quod fuerit*  
*sine taxatione gratis oblatum, & Extravag. Janè 1.*  
*h. t. Illa divitias, quæ persona ipse ingredienti*  
*pure & sponte, & plena liberalitate, omnique pac-*  
*tatione cessante dare vel offerre &c. voluerint, cum gra-*  
*tiarum actione licite accepturi.*

Resp. VI. Possunt insuper Regulares tam Viri,  
quàm Mulieres quorumvis Monasteriorum etiam  
divitum, cum parentibus, vel pacificè, & exigere  
certam quantitatem pecuniarum, vel aliorum bono-  
rum temporalium sub conditione, ut suscepta ad  
Religionem & professæ persona omni juri heredita-  
tatis, vel alterius justæ pretensionis temporalis re-  
nuntiet. Ratio est, quia in tali casu justè exigitur  
temporale pro temporali, jure nempe hereditatis,  
vel alterius boni temporalis; cum enim quiddam  
Monachus acquirat, acquirat Monasterio, per vul-  
garia Juris: Monasterium verè acquirat & habet  
omne jus temporale, quod habuit persona suscepta  
ac professæ, indeque (nisi ingressa faciat ante Pro-  
fessionem testamentum) licitissime potest pro remis-  
sione illius sibi competentis juris temporalis, aliud  
temporale exigere. Et hoc est, vi cuius excusati  
subinde possunt à *Simoniae* Regulares divites.

Quæritur II. pro compendiofa notitia, à qui-  
bus, & quando occasione ingressus in Religionem  
committatur *Simoniae*? Resp. I. Eam committi in  
sequentibus casibus.

I. Committitur *Simoniam* omnes tam paupe-  
rum, quàm divitum Monasteriorum personæ Reli-  
giosæ, Viri & Mulieres, qui pro ipso ingressu  
paciscuntur, vel exigunt temporalia, juxta dicta  
num. 162.

II. Omnes illi, qui pro ipso ingressu in Religio-  
nem

§. IX. De Simonia, quæ committitur in ingressu &c.

nem obtinendo promittunt, paciscuntur, aut dant  
temporalia, juxta dicta n. 162.

III. Viri Religiosi in Monasterio opulento, vel  
saltem sufficientes redditus pro sustentatione ingre-  
dientium habentē, si sub prætectu honeste susten-  
tationis temporalia paciscuntur, vel exiguntur ab  
ingredientibus; sicuti e contra etiam qui sub eodem  
prætectu, vi pacti dant temporalia, juxta dicta  
num. 169.

IV. Moniales quoque in Monasteriis sufficientes  
pro sustentatione ingredientium redditus habentes,  
*Simoniam* committunt, si dotes, vel alia tempo-  
ralia paciscuntur, vel exigunt ab ingredientibus;  
cum enim certum sit apud omnes, quòd redditus  
Monasterii cujuslibet tam Virorum, quàm Mulie-  
rum principaliter sint ordinati ad sustentationem Re-  
ligiosorum personarum in eis existentium, ita, us  
hoc ipso, quòd quis suscipiatur ad Monasterium,  
habeat jus ad sustentationem ex redditibus Mo-  
nasterii capiendam, non potest sub titulo honeste  
sustentationis aliquid exigi, consequenter, si nihil-  
ominus aliquid exigitur, sub falso prætectu, &  
nulliter, revera autem pro ipso ingressu, seu sus-  
ceptione ad Religionem (nam nullus alius titulus  
allegari potest) exigitur, indeque vera *Simonia* con-  
tra Jus Divinum committitur, exigendo videlicet  
temporale pro spirituali, ingressu vel susceptione  
scilicet in Religionem, juxta dicta n. 172.

V. Etiam in pauperibus tam Virorum, quàm  
Mulierum Monasteriis *Simoniam* committunt Re-  
ligiosæ personæ, si plus temporale paciscuntur vel  
exigunt ab ingrediente persona, quàm ad ejus ho-  
nestam sustentationem necessarium est. Ratio patet;  
quia cum illud superfluum exigendi nullus addit ti-  
tulus, revera pro ingressu ipso exigitur, sicutque *Si-*  
*monia* committitur. Et hoc saepe contingere solet,  
quando incuti majoris dotis ad sustentationem non  
necessarie minus habiles suscipiuntur, in quo susci-  
pientes etiam Moniales, quæ alias à penes *Simoniae*  
pro Concessionibus Pontificum imantur sunt, eisdem  
subjacent juxta specialem Dispositionem Innocentii  
VIII. qui Moniales à penes *Simoniae* eximens, ex-  
cepit casum, quo recipiunt inhabiles ad spem ha-  
bendi aliquid, quia tunc illa est principalis inten-  
tio, uti videre est in Compendio Privileg. *7. Monia-*  
*les. num. 16.*

Colliges, non raro his temporibus committi *Si-*  
*moniam* in Receptione ingredientium, praesertim  
Mulierum ad Monasteria, uti consideranti patet.

§. X.

De *Simoniae*, quæ committitur in Admini-  
stratione Sacramentorum, & Sacramen-  
tali, Praestatione munerum, funcio-  
num, & Actuum spiritualium, v. g. Sepul-  
turae, Benedictio, Dispensationum, Absolutionum,  
Precum, Oratio-  
num, Missæ &c.

SUMMARYUM.

- 185 Pro Administratione Sacramentorum, vel Sa-  
cramentalium, si temporale accipitur per modum  
pretii, Simonia est.
- 186 Non item si accipitur per modum stipendii ad ho-  
nestam sustentationem ordinati.
- 187 Secundam aliquos non licet exigere, vel pacisci  
temporale per modum stipendii pro spirituali.
- 188 Contrarium est verum.
- 189 Solvitur Objectione.
- 190 Confirmatur consuetudine.

- 191 Solvitur alia Objectione.
- 192 Quid in praxi faciendum?
- 193 Pro functionibus spiritualibus temporale per mo-  
dum stipendii accipere, possunt Clerici etiam  
aliunde divites.
- 194 Et alius redditus Ecclesiasticos abundanter ha-  
bentes.
- 195 Solvitur Objectione.
- 196 An, & quando temporale exigere possint, pro  
functionibus, quae ex Officio prestare tenentur?
- 197 Practica instructio de accipiendo, & exigendo  
stipendio pro functionibus spiritualibus: *Et num.*  
*seqq.*
- 201 Quis etiam divites Clericus potest pro Missa ac-  
cipere consuetum in locis stipendium.
- 202 hiam Regulares tam superiores,
- 203 Quam privati.
- 204 Practica Doctrina ad Propositum de Missis priva-  
torum Religiosorum: *Et n. seq.*
- 206 Non potest pro missa per modum stipendii plus exi-  
gi, quam habet loca consuetudo, aut dispositio  
Superioris: Et duobus n. seqq.
- 209 Exigentes pro Missa stipendium tenentur sub mor-  
tali observare Decreta Pontificia.
- 210 Decretum de Applicatione Missarum per Pato-  
chos facienda.
- 211 Hoc Decretum olim impugnatum, nunc verò de-  
mò à S. Congregatione confirmatum est.
- 212 Aliud Decretum priori simile, in authentica  
forma.
- 213 Novissima Constitutio Innocentii XII. super Cele-  
bratione Missarum.
- 214 Pro actu, vel exercitio Jurisdictionis Ecclesie  
temporale per modum pretii accipere, Si-  
monia est.
- 215 Doctrina Practica ad propositum.
- 216 Quare Romæ pro Dispensationibus dari absque  
*Simoniae*, vel exigi possit temporale?
- 217 Episcopi pro Dispensationibus temporale quia ac-  
cipere non possunt, nec valet in contrarium con-  
suetudo.
- 218 *Simonia* est, pro Orationibus, aut aliis bonis  
operibus exigere temporale pro modum pretii.
- 219 Non item per modum stipendii.
- 220 Nec, si sunt sub specie obtinendi temporale,  
vel e contra.
- 221 Res sacrate & benedictæ absque *Simoniae* ven-  
di aut mutari pro re temporalis possunt: *Et num.*  
*seq.*
- 222 Dummodò plus non detur, quàm temporale seu  
materiale in illis valet.
- 224 Et specialis prohibitio Ecclesie non obstat.
- 225 Debent tamen prius ita tractari, an Benedic-  
tionem censentur omittere.
- 226 Licetum est, rem spiritualem pro spirituali com-  
mutare, exceptà materia Beneficiaria.
- 227 Doctrina practica ad propositum.

Quæritur I. An, & quando committatur *Simonia*,  
si pro administratione Sacramentorum,  
vel Sacramentalium, vel pro functionibus Eccle-  
siasticis, v. g. Sepulturae, Benedictioibus &c. da-  
tur, vel accipitur temporale per modum pretii, *Simonia*  
Juris Divini est. Communis, & certa ob Jura  
clara *c. Cum in Ecclesia. g. c. Ad Apostolicam. 42. h. t.*  
*item can. 1. & 2. cau. 1. q. 1. & c. Si quis objecerit. 7. cau. 1. q. 3. cum Concordantiis.* Ratio patet,  
quia cum hæc cuncta sint quid spirituale, utique  
*Simoniacum* est, temporale per modum pretii pro  
illis dare, aut accipere, per dicta supra.

Resp. II. Pro Sacramentis, aut Sacramentalibus, &c.  
alii.

alisque functionibus spiritibus licite, & absque omni labe *Simonia* possunt Ecclesie Ministri recipere, & reliqui dare temporale per modum stipendii ad honestam sustentationem ordinati. Communis, & certa: Patetque ex variis scriptura locis, Luc. 10. v. 7. *Dignus est enim operarius mercede sua.* & ad Corinth. 9. v. 7. *quis militat suis stipendiis unquam? quis plantavit vineam, & de fructu eius non edit? qui pascat gregem, & de lacte gregis non manducat? & iuxta v. 11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnam est, si nos carnalia vestra metamus. Nescitis, quoniam qui in Sacrario operantur, quae de Sacrario sunt, edunt; & qui Altari deseruiunt, de Altari participant. Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Similia passim inveniuntur in SS. Canonibus, praesertim vero can. *Ex hirs.* 22. cau. 12. q. 1. ibi: *Lex enim Dei praecipit, ut qui Altari deseruiunt, pascantur de ipso: Sec. Canon secundum. 16. de Praeb. ibi: Cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debet de Altari; & qui ad eum eligitur, repelli non debet a mercede &c.**

Ratio est; quia in hoc sensu non datur, nec recipitur temporale tanquam pretium commensuratum, aut commensurable rei, seu functioni vel ministerio spirituali, sed tantum, ut quid Jure Divino & naturali debitum personae ministranti spiritualia ad necessariam & honestam illius sustentationem.

Et quidem huc usque dicta, carent controversia: magna vero difficultas & controversia apud Doctores est, de sequenti questione, qua

227 Queritur II. An Ecclesiae Ministri non tantum oblatum recipere, sed etiam exigere & in pactum deducere possint, temporale per modum stipendii pro administratione Sacramentalium, & aliis functionibus spiritualibus. Plures ex antiquis, ut Cardin. in c. *Tu nos h. 2. n. 2.* Sylvester v. *Simonia. q. 9. s. 2.* & alii cum D. Thoma 2. 2. q. 100. a. 3. ad 2am. id negant, eo quod id tanquam *Simonia* expressè videatur prohibitum per plures SS. Canones, quibus universum pacta in spiritualibus prohibentur; & licet concedant temporale per spirituali gratis; aut per modum stipendii datum accipere, inhihent tamen illud ex pacto dare, vel exigere, cau. *Placuit.* 1. cau. *Quam pio.* 2. cau. 1. q. 2. cau. *Nullus Episcopus.* 100. cau. 1. q. 1. c. *fin. de Pactis.* Quibus non obstantibus,

228 Resp. Ministri Ecclesiae pro spiritualibus functionibus non tantum sponte oblata temporalia accipere, sed ea etiam pacisci, & exigere possunt tanquam debitum stipendium ad honestam sustentationem necessarium, ubi specialis non obstat Juris prohibitio, Glossa in c. *significatum de Praeb. & ibi Abbas num. ult. ac sequitur Layman de Simonia. s. 2. num. 15.* Palao de *Simonia Punct. 4. num. 4.* Gutierrez Canon. 19. cap. 29. num. 13. Cajetanus, Soto, Navarrus, Suarez, & alii. Ratio est; quia quilibet illud potest pacisci, & ex pacto praetendere, quod sibi alias jam Jure naturae debetur; atqui temporale per modum stipendii pro spirituali, Jure naturae jam debetur ministranti spirituale, uti juxta dicta num. 186. factentur omnes; ergo poterit etiam vi pacti exigere, saltem raturae conventionem determinando quantitatem stipendii ad sustentationem Jure naturali debiti: Hac enim ratione non exigunt temporale tanquam pretium rei sacrae, sed tanquam stipendium sibi debitum.

Confirmatur rationibus Abbatis: sic enim Vicarius Ecclesiarum constituitur certa portio ex redditibus Ecclesiae c. *Canon ex eo. de Elect. & c. Pervenit. il. 2. de Appellat.* & alibi. Imò generaliter videmus, quod Beneficia dentur propter Officia,

arg. c. *fin. de Praescript. in 6.* Et assignatur certi redditus cum pacto, & conditione certa legendi Missae, & obeundi functiones spirituales.

Nec obstant Jura in contrarium citari solita, Nam in primis illa Jura, quibus pacta in spiritualibus universim prohiberi dicuntur, loquuntur de pactis inhonestis, vi quorum datur, vel exiguntur pro spirituali functione aliquid temporale tanquam pretium per modum commutationis, ut bene exponit Glossa in c. *ult. de Pact. & cau. Quam pio.* 2. cau. 1. q. 2. v. *Pactio.* ubi ait: *Non removetur, nisi pacto inhonesto, nam honesta non removetur; atqui in casu nostro non intervenit tale pactum inhonestum, eo quod functiones spirituales praestentur omnino gratis, exactio vero & pactio fiat praesens de quantitate stipendii Jure naturae debiti. Alia vero Jura loquuntur de iis rebus spiritualibus, pro quibus temporale pacisci, vel exigere, specialiter prohibuitur est.*

Confirmatur Responso. *Consuetudo est optima legum interpretes.* L. 37. ff. *de Legib.* atqui habetur universalis Consuetudo in Ecclesia, quod pro spiritualibus functionibus ex pacto praestetur, & exigatur temporale Ecclesiae Ministris tanquam stipendium honestae sustentationis, prout videre est in Fundationibus, vi quarum Clerici Regularibus assignantur certi redditus, & bona temporalia sub certo pacto & conditione, ut legant certas missas, vel ut Chorum frequentent, laudem divinam persolvant, concionentur &c.

Dices: juxta preceptum Christi cuncta spiritualia praestari debent gratis, dicit enim Math. 10. *gratis accepistis, gratis date;* ergo nil pro iis potest exigi. Resp. Nil exigi pro functionibus spiritualibus, sed has gratis exhiberi, & tantum fieri pactum de quantitate stipendii ex Jure naturae debiti Ministro spiritualia subministranti, juxta dicta n. 186. Non enim pugnant inter se, sed bene simul verificari possunt, gratis exhibere spiritualia, & occasione horum exigere, atque accipere stipendium sustentationis. Prout patet ex ipso oraculo Divino; cum Christus ipse, licet Math. 10. praecipiat, ut sacros labores gratis exhibeat Ecclesiae Ministri, nihilominus etiam Luc. 10. v. 7. ait: *Iu eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quae vobis illi sunt; dignus est enim Operarius mercede sua.*

Notandum tamen, quod, si Ecclesiae Ministri pro functionibus spiritualibus temporalia paciscuntur, & exigunt, id non pro libitu suo, sed prout vel lex Synodalis, aut Diocesana, aut, his deficientibus ipsa discretio, & charitatis virtus, consideratis personarum & rerum circumstantiis praescribit, vel permittit facere debent; prout amplius jam diximus Lib. III. Tit. XXVIII. *de Sepultura s. II. a n. 70.* ubi etiam excessus, qui circa hoc fieri solent, annotavimus, simulque ex c. *Ad audentiam.* 29. h. 2. ostendimus, quod in casu, quo Laici vel alii stipendium debitum dare reculerent, ipsos, non ipsi Ecclesiae Ministri, v. g. Parochi, sed Episcopus cogere possit, ac debere.

Queritur III. An omnes etiam divites, vel aliunde sufficientibus redditibus jam provisi Clerici Ecclesiae Ministri, & de quavis functione Ecclesiastica, illa quoque, quam alias vi Officii praestare tenentur, possint per modum stipendii temporale quid exigere? Resp. I. Etiam divites, & ex proprio patrimonio sufficientia habentes Clerici possunt pro functionibus spiritualibus temporale per modum stipendii exigere. Communis, arg. *can. fin. cau. 1. q. 2. ibi: Clerici omnes (nota omnes sine distinctione) qui Ecclesiae fideliter, vigilantique deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servitii me-*

*vium per ordinationem Communi a Sacerdotibus consequantur.* Ratio est; quia juxta Apostolum ad Corinth. 9. Nullus enim dives teneat militare suis stipendiis, consequenter si ob ministeria spiritualia debetur stipendium, etiam divitibus ea praestantibus debetur: sicut etiam dives mercenarius est dignus mercede sua, haecque illi debetur. Nec argui possunt alicujus avaritiae, si Clerici divites pro functionibus Ecclesiasticis temporalia exigunt; quia nemo dici potest avarus ex eo, quod ea petat, quae sibi de Jure debentur. Accedit Ecclesiarum universalis consuetudo optima legum interpretes, L. 37. ff. *de Legib.*

229 Resp. II. Est Clerici sufficientibus redditibus Ecclesiasticis aliunde jam sint provisi, nihilominus pro functionibus Ecclesiasticis, etiam illis, quas ex officio praestare tenentur, exigere possunt temporalia, quae vel Jure Ecclesiastico, vel consuetudine Diocesana, vel legitime praescripta dace debent, arg. c. *can. fin. cau. 1. q. 2.* & toto Tit. de Decimis, quas utpote a Jure constitutas exigunt Clerici etiam aliunde jam sufficienter provisi: & Episcopi redditibus aliunde abundantibus possunt exigere procuraciones tempore Visitationis, ad quam ex officio tenentur, quia id eis indistincte conceditur a Jure, c. *Conveniente. de offic. Ordin. c. cum Apostolis. 6. c. Procuraciones. de Consuet. cum Concordantibus. Ac insuper c. Ad Apostolicam. 24. h. 2. injungitur Episcopis, ut Laicos compellant ad danda temporalia, quae ex laudabili consuetudine pro Sacramento Sacramentalium administratione dare consueverunt, nulla facta distinctione inter Clericos pauperes, vel redditibus jam provisos. Ratio est; quia ut pro Sacramento administratione. Sacrificii oblatione, & aliis functionibus Ecclesiasticis per modum stipendii dentur temporalia (quae communiter fructus seu redditus *Stole* vocantur) ab Ecclesia statutum, vel laudabili consuetudine introductum est, quatenus nulli Ecclesiae Ministro necessaria sustentatio deesset; praesertim cum in multis locis magna pars Decimarum devoluta sit vel ad Laicos, vel ad Monachos Episcopalem, vel ad Ecclesias collegiatas aut Cathedralis, vel ad Monasteria &c. Et per accidens est, si quis Ecclesiae Minister absque his fructibus aliunde sufficientes habeat redditibus; cum exinde privati non possit alii fructibus, qui ei de Jure scripto, statutario, vel consuetudinario debentur.*

235 Objectiones contra hanc & priorem Conclusionem can. *Pastor. 6. s. can. Si quis. 3. cau. 1. q. 2.* ubi prohibetur, Clericis sufficientia aliunde habentibus, aliquid dare, addita illa ratione, quod aliud non sit habentibus dare, quam perdere; ergo. Resp. Per illos Canones tantum prohiberi, ne de Ecclesiae bonis illis, quae destinata sunt ad sustentationem pauperum, detur aliquid sufficientia jam habentibus non vero, quod temporalia pro ministerio Ecclesiastico debita Clerici aliunde jam provisi percipere, vel exigere non valeant: fecus enim Clerici divites nec Decimas exigere possunt.

236 Resp. III. Clerici Ecclesiae Ministri *Simoniam* committunt, qui pro functionibus Ecclesiasticis, quas ex Officio, pro quo sufficientes ad sustentationem jam habent reddunt, praestare tenentur, temporalia etiam per modum stipendii exigunt, quando illa exigere nec jus, nec publica auctoritas, nec consuetudo permittit. D. Thomas 2. 2. q. 100. a. 3. ad 3um. cum Communi aliorum. Ratio est; quia in tali casu deest omnis justus titulus exigendi temporale; consequenter si nihilominus exigitur, pro ipsa re spiritualis, sique *Simonia* exigitur.

237 Ex haecenus dictis facile colligitur, an, & quando committatur *Simonia*, accipiendum, vel etiam exi-

gendo temporale pro Sacramento administrationis, & aliis functionibus spiritualibus. Et quidem *primò* semper committitur, quoties pro iis ex pacto tacito vel expresso per modum pretii datur temporale.

Quòd si per modum stipendii datur temporale, attendendum est, an exigendi temporale pro aliqua functione spirituali existet aliqua publica auctoritas, vel jus, vel consuetudo, aut non. Si existat publica aliqua auctoritas v. g. Constitutio Synodalis, vel Diocesana, vel Jus commune, possunt pro illa per modum stipendii temporale exigere etiam divites Clerici, etiam illam functionem ex Officio, pro quo sufficientes ad honestam sustentationem jam habent redditus, peragere debent, juxta dicta num. 194. & exemplificatur per Decimas, oblationes, procuraciones &c. Idem est, si quidem nulla auctoritas publica, vel jus commune scriptum, legitime tamen praescripta laudabilis existit consuetudo, per dicta *supra*.

Si nec auctoritas publica, nec jus, nec consuetudo adest exigendi etiam per modum stipendii aliquid temporale pro functionibus spiritualibus, attendendum est, an Clerici jam aliunde v. g. ex Decimis, vel aliis proventibus habeant sufficientes redditus pro Officio, ex quo functiones spirituales peragunt, vel non: Si habent, possunt quidem post peractas functiones gratis oblata accipere temporalia, nequaquam tamen absque labe *Simonia* illa exigere valent, juxta dicta: Si non habent sufficientem sustentationem, accipere, petere, & exigere pro illis poterunt temporalia tanquam stipendium sustentationis, juxta dicta n. 183. quamvis dare recalescentes compellere non valeant, juxta dicta n. 192.

Porro si ex juxta titulo exigunt temporale, attendere debent, ne in modo exigendi errant; quia *Simoniam* non tantum committunt, si nullo existente pro illis iure, aut consuetudine, pro spiritualibus functionibus temporale etiam per modum stipendii exigunt, sed etiam si justum habentes titulum id modo illicito faciunt: ut si antea extorqueant, negando spirituales functionem ex officio debitam, nisi prius detur temporale, aut cautio de illo dando praestetur contra c. *In tantum 36. c. Audivimus. 41. c. Apostolicam. 42. h. 1.* Item si pro functionibus plus exigunt, quam jus, vel praescriptio, & consuetudo Diocesis, aut approbatio Superiorum permittit; eo quod pro illo excessu, nullum justum habeant titulum exigendi. Circa quae, ne habent, utique attendere, & vigilare debent Episcopi, ac corruptelas, ubi aliquas iterpere, vel irrepsisse cernunt, eradicare.

Queritur IV. specialiter de Missis, an, & quomodo pro ipsis temporalia non tantum accipere, sed etiam exigere liceat absque labe *Simoniae*? Resp. I. Omnes etiam divites Sacerdotes, qui ex Officio, Beneficio, vel alia obligatione Missas ad certam intentionem applicare non tenentur, possunt pro singulis, quas legunt Missas, non tantum accipere, sed etiam exigere temporalia per modum stipendii ad honestam sustentationem ordinati, in quantitate vel pretio per praxin & consuetudinem locorum, aut Superiorum approbationem determinata. Conclusio caret controversia. Patetque ex dictis num. 188. Tum ex Constitutionibus Pontificiis, praesertim Urbani VIII. ubi omnibus & singulis, nullo (qui aliunde non est obligatus ad certam intentionem celebrare) excepto conceditur, vel potius concessum supponitur, accipere pro Missis stipendium, debito tamen in Bulla Urbani expresso modo, quam Bullam una cum S. Congregationis Declarationibus habes Lib. III. Tit. XLI. *De Celebratione Missarum*, n. 30.

202. Infertur I. Possit etiam Religiosos, maxime Superiores, sive bona in Comuni habentes, sive non, temporale per modum stipendii accipere, pacifici, & exigere pro missis legendis.

203. Infertur II. Possit insuper Religiosos privatos de Superiorum suorum tacita, vel expressa licentia temporale per modum stipendii accipere, pacifici, & exigere pro missis illis, quas de memoratorum Superiorum licentia pro libitu suo applicare valent; dummodo consuetam stipendii quantitatem, vel valorem non excedant. Nec obstat, si Monasterium sit opulentum, aut alias satis provifum, ita ut aliunde, ac independenter a stipendio militarum sufficientia pro sustentatione Religiosi habeat; consequenter ex titulo honeste sustentationis temporalia accipere non valeat, praesertim Religiosi privati, utpote pro quibus Superiores vigilare, & eis de sufficienti & honesta sustentatione providere debent, & provident, ita ut haec nulli unquam deesse censatur, ac per consequens nullus aliquid temporale per modum stipendii ad honestam sustentationem requisiti pro missis accipere valeat. Nec obstat, inquam, quia sicut iuxta dicta. num. 193. & 194. non obstat, quod Clerici seculares sint divites; ita ut rebus temporalibus, quae pro modum stipendii pro functionibus spiritualibus dari solet, pro sua sustentatione nullatenus indigeant, possint temporalia per modum stipendii pro dictis functionibus, ac etiam pro Missis votivis accipere, & exigere, ob rationes cit. n. 193. & 194. allegatas, sic etiam Religiosi divites, vel saltem aliunde sufficientem sustentationem jam habentes poterunt pro Missis votivis temporale per modum stipendii accipere; quia aequale de his, ac secularibus divitibus, vel sufficientia habeant Clericis rationes ibi allegatas procedunt; videlicet, quod quisvis etiam dives Operarius sit dignus mercede sua, nullus, neque dives, aut sufficientia habens militet propriis stipendiis, ac recipientes spiritualia Jure Divino, ac naturali teneatur ad dandum stipendium sustentationis ministrantibus spiritualia; consequenter ministrantes spiritualia possunt illud, ad quod recipientes teneant accipere, & exigere.

204. Infertur III. In specie a peccato Simonia imunes est Religiosos etiam privatos, si cum Superiorum licentia tacita vel expressa accipiant, pacificentur, vel exigunt pro Missis per modum stipendii temporalia, v. g. vestes, medicinas, imagines, pecunias (si horum alias non sunt incapaces) vel alias res temporales; praesertim ad honestam distractionem, recreationem, aut alium utilem, ac licitum usum conducentes; eo quod praesertim haec nomine honeste sustentationis etiam veniant.

205. Infertur IV. Possit eosdem Religiosos etiam privatos de Superiorum suorum tacita vel expressa licentia suis Conreligiosis Confratribus vel etiam aliis dare & offerre temporalia, quae habent, v. g. Imagines, Candelas, Rosaria non benedicta, profana instrumenta per modum stipendii &c. pro Missis, sicut has pro illis; quia sicut secularis aliquis absque Simonia potest similia temporalia per modum stipendii ex pacto dare & offerre pro missis, poterit id etiam facere Religiosus; cum circa hoc in puncto Simonia nulla sit differentia, nec asserti possit ratio, cur uni & non alteri id liceat; praesertim cum ex Bullis Pontificiis praesertim Urbani VIII. temporale per modum stipendii exigere, pacifici, & dare universaliter videatur concessum cuivis.

Dicitur notanter in Conclusionem n. 201. postea, in quantitate, vel pretio per praxim & consuetudinem locorum, aut Superiorum approbationem determinato; ob sequentem Conclusionem, Enimvero

Resp. II. Non potest quis pro Missis rem temporalem per modum stipendii pacifici, vel exigere in eo pretio, vel quantitate, quae sibi libet; sed quae vel per praxim, consuetudinem Diocesum, vel Superiorum approbationem est determinata, adeoque Simoniam committere censetur, qui temporale in majori pretio, aut quantitate pacificatur, vel exigunt. Ratio est; quia qui quantitatem stipendii a Consuetudine vel Superioribus determinatam exigendo, vel pacificenter excedit, jam hoc ipso ilud excessivum non per modum stipendii, sed per modum pretii pro Missa exigere, & Missam appetere censetur; praesertim, cum, licet quisvis etiam privatus stipendium pro Missa exigere possit, tamen in privatorum potestate non sit, introducas consuetudines, aut Superiorum ordinationes circa stipendii quantitatem invertere, aut excedendo eisdem contraire, quamvis, si major quantitas gratis pro missa offeratur, eam quis accipere, sicut etiam minore stipendii quantitate, quam praxis vel consuetudo loci habet, contentus esse valeat.

Ceterum infertur I. Peccatum Simoniae committere, qui in partibus nostris, ubi medius florens ex consuetudine, & Superiorum dispositione ordinarius pro missa stipendium est modum thalerum, aut intergum florenum exigunt.

Infertur II. Illos quoque, qui in nescio qua aestimatione Missas se habere putantes, dicunt, eas minimè pro re temporalis in pretio & quantitate stipendii consueti, bene verò pro re temporalis majoris pretii celebrare volunt, Simoniam committere; quia reverà missam appetere videntur.

Resp. III. Qui stipendium pro missis accipiunt, sub mortali teneatur exactè observare Bullam Urbani VIII. & Cardinalium Declarationes desuper editas, & supra Lib. III. Tit. XXI. de Celebratione Missarum allegatas, nec non alia Pontificia Decreta, & Cardinalium Declarationes, praesertim illas, vi quarum prohibetur, vel prohibendum declaratur, ne illi, qui ex fundatione, vel ex officio Missas ad certam intentionem applicare teneant, stipendium pro Missis ad illam intentionem celebrandis, accipiant. Inter quas est etiam illa, quam de Parochis adduximus supra cit. Lib. III. Tit. XXI. de Celebratione Missarum à n. 22. ubi quia dies dicitur, & alia ad rem facientia, apposita non fuisse, id in praesenti, praestatur. Memorata ergo Declaratio & Decretum Romae missum ita sonat.

DECRETUM

Sacrae Congregationis Concilii super applicatione Sacrificii a Parochis.

IN LUCANA.

Cum praescripto Divino iis, quibus Animarum cura commissae est, mandatum sit pro Ovis suis Sacrificium offerre, sepe alias Sac. Congregatio Concilii censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si redditis pingues sint, singulis diebus, si vero tenues saltem diebus Festivis, Idem nunc censet quoad Parochos istius Civitatis, & Diocesis &c. Roma 10. Maii 1681.

F. Cardinal. Columna.

Porro hoc Decretum, ac Declaratio, quia pluribus valde dura videbatur pro Curatis (quamvis verè duntaxat non sit, cum ab Ecclesia Catholica piissima & benignissima in cunctis Matre, & non Noverca prove-

s. X. De Simonia, quae committitur in Administratione &c. 121

proveniat) adeo ut non pauci etiam valde docti & timorati de vera existentia illius dubitarent, quælitio Romam delata, & apud S. Congregationem Cardinalium Concilii Interpretum proposita fuit, ad hoc, ut si dictam Declarationem, ac Decretum non extaret, aut non subsisteret constaret, ex tertio Decretali Libro, ne animae illaqueantur, deleteretur, & revocaretur; si verò subsisteret, pro veritate & justitia, nec non pro debito bono communi tot animarum in quavis Parochia existentium confirmaretur, & manuteneretur. Verum S. Congregatio questione percepta, pro veritate & existentia memoratae Declarationis non tantum respondit, sed insuper aliam prioris similem in forma authentica questionem proponenti tranfmitit, sequens tenoris.

122. LUCANA. Reverendissimo Episcopo. Cum praescripto Divino iis, quibus Animarum Cura commissa est, mandatum sit pro Ovis suis Sacrificium offerre, sepe alias Sacra Congregatio censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut, si redditis pingues sint, singulis diebus, si vero tenues, saltem diebus Festivis idem censet quoad Parochos istius Civitatis, & Diocesis, hoc insuper addens, ut detrectantes Reverendissimo Vestro pro suo pastoralis Zelo compellerent non gravetur. Roma X. Maii 1681.

(L. S.)

Nomen Reverend. Secretarii

Steph. Archiep. Brancuccius S. Cong. Secret.

Et hoc etiam habetur ex Trident. Sess. 23. de Reform. Sac. Congreg. Conc. in Covi. Castell. 26. Aug. 1628. Sept. 1629. ac Hydruntin. 13. Febr. 1639. Romana. 17. Julii 1649. Clusin. 5. Julii 1670.

Quoniam verò quidam Domini Parochi tenuibus duntaxat redditibus provisi novum dubium proposuerunt, an videlicet vi Tridentini, ac praesentis, praecedentiumque similibus Decretorum, Dominis, & Festivis diebus Missam pro Ovis applicare teneantur etiam illi, quibus ita tenues sunt redditus, ut inde nec congruam habeant: Eadem Sac. Congregatio 10. Maii 1692. respondit, etiam hos teneri, ita ut dictis diebus aliud stipendium, vel elemosynam pro Missa accipere non valeant, sine dein congruam habeant, sive non, prout habet memoratum Sac. Congregationis Decretum, postea ab Innocentio XII. specialiter confirmatum 24. Aprilis, per Constitutionem tenoris sequentis.

Innocentius Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

123. Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Ex Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum emanavit super quodam dubio pro parte Venerabilis Fratris moderni Episcopi Pistoriensis, & Pratenfis Congregationis hujusmodi proposito Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, Pistorien. & Praten. cum Parochi Ecclesiarum Pistorien. & Praten. inter varias opinionem Doctorum involuti, negligent in dies celebrationem, & respectivè applicationem Sacrificii pro populo juxta dispositionem Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini; Episcopus ad consulendum nedum propria, verum etiam dictarum Paro-

chorum conscientia, supplicat declarari, an dicti Parochi teneantur omnibus diebus Festis applicare Sacrificium pro populo, sive habeant congruum, sive non a die 14. Februarii 1699. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, dandas esse resolutiones, aliàs hac de re editas, & signanter in Nullius in Nostrum Eminent. Abbati 20. Augusti 1698. tenoris in infra. Cum praescripto Divino iis, quibus Animarum Cura commissa est, mandatum sit, pro Ovis suis Sacrificium offerre, sepe alias Sac. Congregatio Concilii censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, & praecipue in dubio applicationis Sacrificii proposito, & respectivè resolutio sub die 10. Maii 1692. his praescriptis verbis conceptis. An Parochus Missam celebrare teneatur, & Sacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis, & Festivis, sive habeat congruam, sive non? Sac. Congregatio juxta alias declarationes censuit teneri, nec posse eisdem diebus aliam elemosynam recipere, ac primum idem nunc respondendum esse, censuerunt eminentissimis Patres, quoad Parochos Nonantulanam Diocesis, addentes insuper, quod si V. pro suo pastoralis Zelo detrectantes Parochos compellerent non gravetur &c. J. Cardinalis Sactipantes Praefectus.

Loco + Sigilli.

Cum autem, sicut dictus Episcopus Nobis submitte exposit fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius consistat, & servetur exactius, Apologica Confirmationis nostrae patrocinio communi plurimum desideret; Nos specialem ipsi Episcopo gratiam facere volentes, enunciat a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a Jure, vel ab hominibus quavis occasione, vel causa laes, si quibus quomolibet inmodum existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absoventes, & absolum fore censentes: supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium, autoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; sed etiam tamen semper in praemissis autoritate memoratae Congregationis Cardinalium, Decernentes, easdem praesentes litteras, validas, & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandoquaque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicut in praemissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditoris iudicari, & deservi debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis ceterisque quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 24. Aprilis 1690. Pontificatus nostris anno octavo. J. Fr. Cardin. Albanus.

Porro sicut superius Decretum Lucana &c. ita etiam illud, quod 10. Maii 1692. editum, & ab Innocentio XII. confirmatum est, in plena forma authentica è Sacra Congregatione transmissum, scilicet Reverendissimo & Illustrissimo Domino Vicario Generali Frisingensi debita cum reverentia exhibitum, & ab eodem ut authenticum recognitum fuit.

Interea tamen non desunt Authores etiam post dictum Decretum scribentes, qui existimant, Parochos habentes redditus pingues obligari pro Parochianis applicare Missam linguis illis diebus tantummodo, quibus Parochiani etiam extra festa fori, puta ex statuto particulari, vel

conluetudine introductis, tenentur audire Missam; non autem diebus aliis. Videatur Schmalzgrueber. Lib. 3. Decretalium. Tit. 41. num. 106. & Supplementum Theologie Moralis ipsius Aurboris eorum Monachi; Anno 1726. fol. 185. sub folio.

Constitutio Innocentii XII.

Super celebratione Missarum.

Nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum prodierunt Decreta tenoris infra scripti, videlicet.

Aliis super celebratione Missarum, ac prohibitione illarum moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia, nec non super earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra redditis, & consuetas elemosinas locorum Regularium non habendo emanarunt ab hac Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate per sel. rec. Urbanum Papam VII. illi specialiter attributa, quam pluria Decreta tenoris sequentis.

§. I. Cum ipe contingat, in quibusdam Ecclesiis, tam magnam Missarum numerum, ex variis Definiturum restitit, aut priorum elemosynis impostum esse, ut illis pro singulis diebus prescriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur: indeque fat, ut deperiant pie Testantium voluntates, obstricta Benefactorum fides violetur, Definiturum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitis subtrahatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque à sumibus charitatis operibus retrahantur: Cùmque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciores numerum à Superioribus reductum iri: aut quod Ecclesiis, forte pecuniarum absumptis, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque ullo emolumento: aut quod elemosina pro illis celebrandis sit aded tenuis, ut non facile inveniatur ii qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesie, aut Monasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro necessaria sui sustentatione novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animaliter fatiuram se rem Deo gratissimam, charitatique, ac iustitia maxime consentaneam, si pro viribus fatagat, huic teterrimum abusum à Christiana Republica conuellerè, atque eradigare: Sanctissimi D. N. Urbani Diuini Providentia Papæ VII. auctoritate sibi specialiter attributa, infra scripta Decreta edidit.

§. II. Ac primo strictissime prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliis quoquomodo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis: sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, que, re diligenter perspetta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; atque reduciones, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis for-

mam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

§. III. Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, siue ab una, siue à pluribus personis collata fuerint, aut conferrentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis piis quibuscunque, tam Secularibus, quam Regularibus; sacra Congregatio sub observatione Diuini Iudicii mandat, ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem tribuunt elemosyna prescripta fuerint, ita ut atqueam ii, ad quos pertinet, siue obligationi non satisfaciunt: quimodò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

§. IV. Id vero ut deinceps obseruetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat Privilegia, & Indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis piis, tam Secularibus, quam Regularibus, cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti quancunque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collatiis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

§. V. Ac similiter omne damnable licitum ab Ecclesia renovare volens prohibet Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosyne sibi retenta, celebrandam committat.

§. VI. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo repidiore, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate coniuncta, fatiunt, atque decrevit, ut pecunie, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac Locis omnibus tam Secularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pena interditi ab ingressu Ecclesie ipso facto incurrenda à die reali acquisitionis, statim deponi debeant penes Altem sacram, vel personam fidei, & facultatis idoneam, ad effectum illa, siue illorum pretium, quam primum investendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

§. VII. Ac si eadem bona mobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium, sub eadem pena, ut supra deponi, atque in aliis bonis stabilitis iidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

§. VIII. Ad hac sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiis, ac priorum Locorum tam Secularium, quam Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, interdicit prohibet, ne imponerent onera perpetua suscipiendæ Missarum celebrandarum: Sacerdotes quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda: atque facultatis, quæ huius prohibitionis transgressor existerit, ab ingressu Ecclesie interdicitur sit eo ipso: Regularium vero penam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtemperat, ac perpetuo inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, voceque activæ, ac passivæ, absque alia declaratione incurrat.

§. IX. Elemosynas vero manuales, & quotidianas

pro

pro Missis celebrandis, ita demum idem accipere possunt, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; atque omnino abstineant ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & Capitulas aserant ab Ecclesiis cum inscriptione illa Elemosyna pro missis, vel aliis simili, sub lisdem penis ipso facto incurrendis, ne Fideles hac ratione frustrentur.

§. X. Episcopus vero, seu ejus Vicarius Generalis, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis calibus diligenter inquirent de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesie, Monasterio, aut Loco pio incumbentibus: nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime consiterit, illius sacerdotes, tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis iam susceptis satisfacere posse, præcipueque rationem habeant, ut redditis, qui Ecclesiis, & Locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adiunctis secundum morem cuiuscunque Civitatis, vel Provincia: intelligentque, si in re tanti momenti desides, qui negligentes fuerint, in novissimo die se huius prætermissi muneris rationem esse reddatur.

§. XI. Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, que Regule disciplinam evertunt, ac præcipue unquam hanc salutem fovent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta valde pullulare ex majore Regularium numero, quim ferat redditus, & elemosyne cuiuscunque Monasterii: inhærentes summo Pontifici, ac Sacra Tridentini Concilii decretis, hac de re editis sanctissimi Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus ac singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministriis, Presidentibus, Abbatibus, Prioribus, Pæpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscunque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, & Domorum Regularium, bona mobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italie, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum nisi peritoribus, bona mobilia, census, redditus, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provincia, qui in etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permixtas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum inmediate præcedentium habitâ ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, que reparationes, preparationes, grandines, sterilitates, aliaque cuiuscunque generis onera consueverunt absorbere.

§. XII. Equè omnia scripto fideliter exarata, item Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus iudicibus ab ipsonem Capitulo, seu Congregatione delegendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, elemosynis, & obventionibus universis, & oneribus ut supra detractis, sedulo examinent, quot Religiosi homines, communitatis etiam Laicis, aliique necessariis servientibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domino Regulari, iuxta regionis, & proprii Instituti morem, victuum, & vestitiis, & medicinalia in communi habentes, competitor valeant sustentari. Tum eorundem honorum, reddituum, elemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, Reuidentual Jus Cau. Tom. V.

ut in illo diligenter omnibus discussis, cuiuscunque Familie, Monasterii, Conuentus, ac Domus Regularis in singula quoque Provincia certus eorum tantum personarum numerus, Patrum Capitularium voto præfiguratur, que redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter alii possint.

§. XIII. Ne se ero Superiores, qui id præstare debent, serias, ac remissis, quam par est, suo muneri satisfaciunt: mandat sacra Congregatio, ut infra annum, post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mistant.

§. XIV. Numerumque Familie, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententiâ, & auctoritate prescriptam, idem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam locales, perpetuo servare omnino teneantur, nec possint ulum quoquomodo augere, etiam prætextu argenti reddituum, absque sacra ipsius Congregationis licentia: Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quouis modo augere presumpserint, privationis omnium Officiorum, que tunc temporis obtinebant, voceque activæ, ac passivæ, & ad omnia sine Religiosis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam penam eo ipso incurrere, atque aliis, etiam grauioribus, à Sede Apostolica infligendis penis, Sacra Congregatio subjicere voluit, & declaravit.

§. XV. Deinceps vero Monasterium, Conuentum, Domum, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis huiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis, detractis omnibus ut supra detractendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti sanctis record. Gregorii XV. hac de re editi, atque Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi ut supra sustentare, acque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimode Jurisdictioni subjicenda esse intelligentur.

§. XVI. Porro, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiuscunque Monasterii, Conuentus, ac Domus Regularis, curare, atque efficere teneantur, sub pena privationis Officii, voceque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, id est, & feria secunda post primam Dominicam Adventus, feriat sexta post Octavam Corporis Christi, per iustis Ordinariis in publica mensa perlegantur.

§. XVII. Omnibus, tam Ecclesiasticis personis cuiuscunque sint Ordinis, conditionis & gradus, quam Laicis quocunque honore & potestate præditis, presentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interditi.

§. XVIII. Non obstantibus, quod supra scripta omnia, & singula in presentibus decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in suorum quancunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarum, etiam sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuscunque aliorum Institutis, etiam necessariis, & in individuo exprimendis, Ecclesiis, Monasteriis, Conuentibus, Collegiorum, Capitularum, Hospitalium, & ...

Confraternitatum, & aliorum quoruncunque, tam secularium, quam Regularium locorum, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, ac Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias munitis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam proprio motu, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quavis alia expressio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nil penitus omissis, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, que presentibus advesantur, illis aliis in suo robore permanjuris, Sacra Congregatio Sanctitatis sue auctoritate specialiter, & expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. XIX. & §. XX. Nil speciale continet, ideoque hic pretermittuntur.

§. XXI. Excitatis autem super premissorum Decretorum intelligentia, seu interpretatione, infrascriptis dubiis, prodierunt a memorata Sac. Congreg. simili auctoritate illi a prefato Urbano Papa VIII. specialiter attributa, responsiones, seu declarationes inferius apponende.

Super primo Sac. Congregationis Decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliis quomodolibet, rediciant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quaritur, quid, si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, & si recurandum sit ad Sedem Apostolicam pro moderazione oneris, totum, aut fere totum injundendum sit pro expensis ad id necessarius?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundacione, ut possit hujusmodi oneromoderari.

Secundo, super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo caveatur, ut celebrentur tot Missae, quot ad rationem tributa elemosyna prescripta fuerint.

Quaritur, an verba illa (prescripte fuerint) intelligenda sint de prescriptioe facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, an, cum Ordinarius prescripserit elemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, & temporum, Sacerdotes accipientes stipendium, minus congruo, teneantur Missas illas ab offerente prescriptas celebrare?

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capelle, legati ac salarii possint, etiam manuale elemosynam pro Missis Voluvis, aut Desuctoriarum recipere, & unico Missae Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quinto, postea, quod Testator relinquit, ut celebrentur pro ejus Anima centum Missae, absque ulla prescriptioe elemosyna.

Quaritur, an liberum sit hereditibus elemosynam sibi bene visam prescribere, an vero eadem elemosyna prescribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super tertio Sac. Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat Privilegia, in quibus indulgetur, ut cessantur Missarum, vel An-

niversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus, plurimum Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quaritur, an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimo, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscipit Missam celebrandam cum certa elemosyna, ut eandem Missam alteri, parte jussu elemosyna sibi retenta, celebrandam committat.

Quaritur, an permitendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam elemosynam portionem pro expensis mantentionis Ecclesie, Altarium, inventurum, paramentorum, luminum, vini, hostie, & similia?

Octavo, an Decretum habere locum in Beneficiis, que conferuntur in Titulum, id est, an Rector Beneficii, qui postquam per alium celebrare, tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna major solita pro celebratione Missae, debeant dare eandem elemosynam eis, quibus Missas celebrandam committunt; an vero satis sit, ut dent celebrantibus elemosynam consuetam?

Undecimo, super quinto ejusdem Congregationis Decreto, quo inter cetera statutum in hac verba Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum idem accipere possint, si oneribus antea impositis illa satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant: alioquin omnino ablineant ab hujusmodi elemosynis etiam sponte oblatas in futurum recipiendis, & capulas auferant.

Quaritur, an hoc Decretum prohibeat absolute, quominus accipiant novam elemosynam ii, qui acceptis non satisfecerint; & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens elemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

Decimotertio, an pena Interdicti, & alia apposta, in eodem decreto afficiunt tam eos, qui accipiunt elemosynas contra formam ibi prescriptam, quam eos, qui non auferunt capulas ab Ecclesiis, ut ibidem prescribitur.

Decimoquarto, an in hoc Decreto comprehendantur ille capsule, que apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur Casse de Morti?

Decimoquinto, an Administratores Ecclesie magna devotionis & concursus, possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, si istem Missis nominis post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesie, & devotio, ac concursus Fidelium, ut abiant, minuat?

Decimosexto, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directis solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, piorum locorum, tam secularium, quam Regularium Superioribus, de quibus sit expressa mentio: non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehenduntur sub clausula generali (& aliis, ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoseptimo, super septimo ejusdem Congregationis Decreto, quo caveatur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum prescribatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut elemosynis commode possint sustentari.

Quaritur, an ubi hoc prescriptio facta jam sit in

viam similis Decreti facta memoria Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujuscunque Religiosi, si demum facienda, nec non?

Duodecimo, an Novitii ad habitum Regularium admitti, possint admitti ad Professionem in Monasteriis, in quibus habitus, ut supra, prescriptioe moneri, commode ali non possint?

Decimoquadro, super ultimo, quo caveatur, ut nulli libi recipiantur Conventus Regularium, nisi praeter alia ad id requisita duodecim saltem Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut aliqui subsint Jurisdictione Ordinarii.

Quaritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat etiam Religiones, que non consistunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capucinorum, ac Societas Jesu?

Ultimo, an idem Decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi Sc. habeat locum in Italia duntaxat, ad quem est restrictum Decretum proxime antecedens; an vero etiam extra Italiam?

Declarationes, aut Responsiones ad supradicta dubia.

§. XXII. Sacra Congregatio Cardinalium Consilii Tridentini Interpretum auctoritate sibi a Sanctissimo Domino nostro attributa ad singula Dubia superiorum proposita, ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad Primum, etsi legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra, impositi, at ubi, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse accedendum, que absque ulla impensa id statuat, quod magis in Domino è re esse judicaverit. Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut licet Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam Decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam & observandam.

Ad Secundum, esse intelligenda de prescriptioe facta ab eo, qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosynam munerem Missarum celebrandarum non prescripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot prescripserit Ordinarius, secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capelle, legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missam utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ubi nullam certam elemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo prescribendam elemosynam congruam, que respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad Sextum, ita esse intelligenda.

Ad Septimum, respondit, permissum non esse, ut Ecclesie, ac Loca pia seu illorum Administratoribus, ex elemosynis Missarum celebrandarum ullam utancunque minimam portionem retineant, aut ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesia, & Loca pia alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint: & tunc, quam portionem retineant, nullatenus debere excedere valorem expensarum, que pro ipsorum tantum Missae Sacrificio necessarii sunt subeunde; & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, que supersunt, expensis ut supra deductis, absolute tot Missae celebrentur, quot

Reiffenstuel Jus Can. Tom. V.

prescriptae fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad Octavum, non habere locum, sed juri esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciae, nisi in fundacione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolute integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum, respondit, non prohibere absolute: ac propterea, etsi oneribus jam suscepris non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quantum onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro altarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut ille tunc demum celebretur, cum susceptis muneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quominus eo casu elemosyna accipitur pro illius Missis, juxta Beneficiarii consensum celebrandis.

Ad Decimumtertium, has penas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad Decimumquartum, comprehendit.

Ad Decimumquintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui elemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimumseximum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

Ad Decimumseptimum, numeri prescriptionem esse iterum faciendam, servata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad Decimumoctavum, esse admittendum ad Professionem, si aliis hábiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religiosis esse collocandas, ubi commode ali possint.

Ad Decimumnonum, censuit comprehendere.

Ad Ultimam, habere locum extra Italiam.

Costmus Card. de Torres.

Profer Fagnanus S. Congr. Secret.

§. XXIII. Cum autem super premissis diversi irrepperint abusus, illorumque occasione, quamplosos querela & recursus ad Sedem Apostolicam pervenerim: cupiens eadem Congregatio Cardinalium Consilii Tridentini Interpretum hujusmodi detestabiles abusus à Christiana Republica pro viribus evellere ac opportune providere, ut sublati fraudibus, ac emendata negligentia pie disponerentur, seu Beneficiorum voluntari fides illibata servetur, Desuctoriarum animabus integra, & prompta praesentur suffragia, itidemque Deo major gloria, & Ecclesis praesantior cultus relinqueretur, pro auctoritate per SS. Dominum Nostrum Innocentium Divinam Providentiam Papam XII. ei specialiter attributa infrascripta Decreta, prius in particulari nonnullorum ex praefatis Cardinalibus per Sanctitatem suam deputata, & postea in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione mature, ac accurate discussa, recognita, & examinata edidit.

§. XXIV. Inprimis, per inserta Decreta cum premissis illorum declarationibus plenissimè, & amplissimè approbat, confirmat, & innovat, omniaque & singula ibidem contenta, & expressa, iterum omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis, etiam speciali, & individuali nota, seu expressione dignis, penitus observari, & omnimoda executioni demandari decernit, sancit, ac precipit.

§. XXV. Insuper, ut brevis tanti momenti consilium, ac majori, ut par est, circumspensione procedatur: si

qui forsan fuerint, vel sint, qui suis pravis, et erroneis intentionibus, seu opinionibus blandiri volentes, Missarum celebrationem omitterant, sub malitiosa, ac irrationabili spe eorumdem condonationem, vel reductionem a Sede Apostolica, vel compositionem a Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe obtinendi: Congregatio prefata, tum eosdem, tum quoscunque alios, qui posthac in adeo detestabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fieri, et monitos esse volumus, premissas condonationes, et reductiones ab eadem Sede, non nisi ex rationabili causa, seu aqua commiseratione, compositiones vero a dicta Fabrica, utente suis facultatibus et privilegiis, non nisi ex causa pariter rationabili, et cum clausulis opportunis, et praesertim cum illa: Dummodo malitiose non omiserint animo habendi compositionem, alias gratia nullo modo suffragetur, admitti consuevisse, et solere, quapropter, ut locus omnis in posterum hisce praestitibus precludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, seu spes, ac elemosinarum, sive in toto, sive in parte versiones in aliam, quam praefatarum Missarum usum, seu satisfactionem, et quascunque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, seu circumventiones, declarat pro suis irrationabiles, iniustas, et illicitas, illaque omnino reprobat, damnat, et interdicit.

§. XXVI. Quaeque huiusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quod onera Missarum supra vires suscipiantur; caveant omnes, et singuli Rectores, Superiores, et Ministri quoruncunque, tum Secularium, tum Regularium Ecclesiarum, seu illarum Capitularum onera, seu Missas, tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quocummodo suscipiantur; utque ipsam quoad fieri poterit, pateat, teneantur eidem consentere, semperque in loco magis parenti, et obvio retinere tabellam onerum perpetuarum et temporalium literis perspicuis, et intelligibilibus descriptorum, quorum implemento si moraliter, et intra praescriptum, seu breve tempus satisficere non posse, seu illa dontaxat, et non ulterius adimplere posse crediderint, seu credere debeant, alias Missas sive perpetuas, sive temporales sive manuales per se, vel interpositas personas quocummodo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant, et ulterius tali case in eadem tabella similiter exprimant sese propterea aliis Missis acceptantis, et celebrandis impares esse.

§. XXVII. Idemque teneantur pariter in Sacario duos libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, et temporalia; in altero autem Missas manuales, et tam illorum, quam istarum adimplementum, et elemosinas diligenter diligenter amotare, et amotandas, seu amotanda curare, singulique omnes de supra dictis adimplementis, elemosynis, ac oneribus pariter exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, et singulas rationes huiusmodi in praefatis respective libris simili distinctione et diligentia, tam praefati, quibus rationes debent reddi, quam Superiores, quibus reddendae erunt, describere, seu annotare, sive describendas, vel amotandas respective curare.

§. XXVIII. Quibus semper salvo, debeant ulterius Regulares praefati, omnes, et quascunque elemosynas, tum manuales, tum perpetuarum et temporalium Missarum reponere in capsa particulari sub duabus clavis, quarum una penes Superiorem localem, altera vero penes alium a Capitulo Conventuali deputandum, retineatur, ac de istis elemosynis, et celebratione Missarum coram Patribus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus distribuat, et rationem exigere, et respective reddere.

§. XXIX. Quod si praedicti, ad quos cura tabellae, capite, et librorum praefatorum respective pertinet, seu pertinere debet, suam operam praemissis, ut praesertim, minimenaverint, et Superiores tum Secularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem praedictam non exegerint, seu non invigilaverint, quod praefati, qui in curam tabellarum, et librorum incumbent, suo muneris, ut praesertim, satisfactionem, in singulis respective casibus seculares penam Suspensionis incurrant, Regulares vero voce activa, et passiva, ac gradibus, et Officiis, qua obtinent, ipso facto, et absque alia declaratione privati sint, et intelligantur, nec non ad huiusmodi gradus, et Officia obtinenda similiter inhabilitentur, et inhabilitati sint, et intelligantur.

§. XXX. Porro, ne ullo inquam tempore omnia, et singula Decreta praedicta in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum illa retineant publice exposita in eorum Sacario, Superiores vero locales cuiuscunque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis, curare, et officere teneantur sub pena privationis Officiorum, qua obtinent, Voisique activa, et passiva ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sacro quoque mense, id est, Feria secunda post primam Dominicam Adventus, et Feria sexta post Octavam Corporis Christi, omnes, et singula praemissa, tum inserte seu confirmata, tum in praesens facta ordinationes una cum dictis declarationibus in publica mensa perlegantur.

§. XXXI. Meminerint igitur, et satagant Ordinarii, ut a personis, et in Ecclesis quocummodo, etiam in vim decretorum Concilii Tridentini sibi subiectis, Missa est, qua par est, fide, et diligentia celebrantur, et curant, et singula Decreta huiusmodi omnimoda executioni demerant, ne dum iustitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio, tum in Visitacionibus, tum in aliis actibus, et modis, quos expedit, et convenire toties quoties judicaverint, ingruentes, nec aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, et singulis decretis adversatur.

§. XXXII. Caveant etiam respective omnes Regulares, tum subditi, tum Superiores quocunque, ne dum locales, sed etiam Provinciales, et Generales, ne Missarum celebratio, et omnium decretorum praefatorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum praedictorum illarum, quibus Missa sunt applicanda, et cum magno Christi fidelium scandalo quocummodo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur; alioquin ultra propria conscientia operationem penam privationis vocis activa, et passiva, ac graduum, et Officiorum, qua obtinent, nec non inhabilitationis ad huiusmodi gradus, et officia obtinenda, propterea incurrant.

§. XXXIII. Curent propterea praefati Superiores Regulares in omnes, et singulos contravenientes debitis penis diligenter animadvertere, et insuper teneantur omnes, et singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestacionem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cuiuscunque Domus Regularis, subscriptam, et juratam, quod omnibus, et singulis, tum perpetuis, tum manuales Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, et tenorem eorum praesentium decretorum tempore regiminis fuerit omnino, et integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, posse etiam huiusmodi residuali implemento Missarum distingi referendarum, intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adiecta, et omnino adimplenda conditione, quod ante praefata attestacionis exhibitionem quocunque Superiores locales praedicti Vocem activam, seu

seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.

§. XXXIV. Praeterea Provinciales, Vicarii, et Visitatores Provinciarum, seu Congregationum debent in fine eorum regiminis Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quod executioni praesentium decretorum sedulo invigilaverint, et ad eorum tenorem in omnibus, et singulis Conventibus, seu Monasteriis, et Domibus Regularibus Provincialium, et obligationibus, ac infimis satisfactionibus Missarum exactam, et diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, et executionem respective praefatorum in Decretis contentarum processerint, et de adimplimento circa ea que in praemissis ad ipsos spectant, legitime docuerint, alias ad Vocem activam, et passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admitantur.

§. XXXV. Caterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, et Ecclesias, ac alia loca, et opera pia, quomodolibet nuncupata, que cuiuscunque cura, seu regimini, aut administrationi, directioni Laicorum, cuiuscunque gradus, et status, conditionis, et praesentia, etiam specialis, et individuali nota dignorum distaxat, vel quoruncunque Ecclesiarum, et Laicorum huiusmodi mixtum commendata, annexa, seu quomodocunque commissa, vel attributa sunt, omnes, seu cura celebrationis Missarum, sive manuales, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinent, hinc salvis semper eis, que in praesentis Decretis continentur, omnes, et quocunque huiusmodi Archiconfraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Capellarum, Oratoriarum, et Ecclesiarum, ac aliorum locorum, et operum piorum, Rectores, seu Administratores, vel Directores, et alii huiusmodi Officiales, nec non si, ad quos cura tabellae, et librorum in praemissis spectat, tabellam, libros, et hac Decreta respective, iuxta modos supra dictos expressis, similiter retinere, nec non de omnibus, ac celebrationibus, et elemosynis illarum Missarum singulis annis rationem exigere, et respective us, ad quos pertinet, reddere sub penis arbitrio, et in subsidium excommunicationis teneantur.

§. XXXVI. Postremo omnibus, et quibuscunque, tam Ecclesiasticis personis cuiuscunque Ordinis, Status, Gradus, Regule, Congregationis, Societatis, Conditionis, et Dignitatis existant, quam Laicis quocunque honore, ac potestate praeditis, omnia, et singula praemissa Decreta interpretandi, nec non Ecclesiasticis praedictis penam, in huiusmodi Decretis relaxandi, seu quocummodo circa praemissa dispensandi, omnes, et quocunque facultas sit penitus interdicitur.

§. XXXVII. Non obstantibus quoad supra scripta omnia, et singula in huiusmodi Decretis contenta, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis in favorem quoruncunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarum, etiam Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuscunque alterius Instituti, etiam necessarii, et individuo exprimentis, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitarum, et aliorum quoruncunque, tum Secularium, quam Regularium locorum, nec non illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, etiam Mori magno, seu Bulla aurea, aut aliis, nuncupatis, seu quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam devotariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, et iteratis vicibus approbatis, et immovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, et formis, Specialis, et individuali, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quavis alia acquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, observata, inserti forent, praesentibus, et pro expressis habenda, quibus quoad ea, que praesentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, Sac. Congregatio Sanctitatis, et auctoritate Specialiter, et expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscunque, Datum Romae die 23. Novembris 1697.

Joseph Card. Sacripantes Praefectus.  
Ferdinandus Nuptius S. Congreg. Secret.

§. XXXVIII. Quocirca, cum dilectus Filius noster Joseph Tituli S. Mariae Transpontinae S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratae Congregationis Praefectus, praefata Decreta Nobis retulerit, Nos considerantes eadem omnia, et singula Decreta, et quae decet, maturitate digesta, et examinata, ac in vim Apostolicae Auctoritatis, eidem Congregationi Specialiter ut praesertim, attributa, peracta peracta fore censentes, illaque propterea perpetuo, et infallibiliter observari, necnon Constitutiones nostras minime roborare volentes, motu proprio, non ad eiusmodi Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, et maturae deliberatione, deque Apostolica potestate plenitudine, praesentia Decreta, omniaque, et singula in eis contenta, tenore praesentium auctoritate Apostolica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, et inefragabilis Apostolicae firmitatis robur, et efficaciam adicimus, quominus motu, scientia, et deliberatione, ac potestate plenitudine similibus, omnia, et singula in supra dictis Decretis contenta, de novo statutimus, decernimus, et ordinamus, ac ab omnibus, et quibuscunque etiam speciali, et individuali nota dignis, omnino exacte, et perpetuo servari volumus, sancimus, et mandamus.

Decernentes praesentes literas, cum omnibus, et singulis inibi contentis, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suisque plenariis, et integris effectibus sortiri, et obtinere debere, et ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quocumque, et quomodocunque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime, et inviolabiliter observari, seque, et non aliter per quoscunque Iudices Ordinarios, et Delegatos, quavis auctoritate, praesentia, et potestate fungentes, et similes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicae Nuntios, sublati eis, et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, et definiti debere: ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, et singulis, quae praefata Congregatio auctoritate per eisdem recordationis Urbanum Papam VIII. et respective per Nos illi Specialiter attributa, decretis non obstantibus, quae pariter, et iterum Nos tenore praesentium non obstante decernimus, et mandamus, quibus omnibus quoad ea, quae praesentibus adversantur, illis alias in suo robore